

Band VI., Nr. 1916, Seite 307-308

Abt Albert und Kapitel von Reichenau überlassen einen von ihrem Dienstmann, Ritter Siegfried Sattel, dem Kloster Heiligkreuztal verkauften Hof in Andelfingen samt jenem Dienstmann sowie einem von ihrem Dienstmann Albert Zutilmann ebendahin vergabten Schupposgut in Möhringen gegen einen jährlichen Wachszins als Lehen an genanntes Kloster.

Schopfloch, 1267. April 1.

Universis presens scriptum intuentibus^a Albertus, dei gratia abbas, totumque capitulum Augie regalis rei geste noticiam cum salute. Temporum malicia et hominum memoria labilis monent acta hominum perstringi serie literarum. Eapropter tenore harum pateat universis, quod, cum Sifridus miles dictus Sattil, ministerialis ecclesie nostre, curiam suam sitam in Andiluingen, que sibi proprietatis titulo pertinebat, venerabilibus in Christo abbatise et conventui monasterii Vallis Sancte Crvcis cum omnibus iuribus, consuetudinibus, itineribus et appendiciis universis eidem curti intus et extra pertinentibus pro XIX marchis argenti legalis, quas idem Sifridus profitebatur in usus proprios convertisse, adhibita omni iuris sollempnitate vendidisset, donasset et tradidisset libere ac quiete perpetuo possidendam, cum eadem donatio venditio et traditio sine nobis rite non potuerit celebrari consuetudine canonica obistente, nos eandem curiam communi deliberatione prehabita et consensu, quam predictus miles Sifridus ad manus nostras per Albertum militem dictum Zutilman, qui nostre ecclesie ministerialis nichilominus esse dinoscitur, obtulit resignando, conditione prehabita, ut ipsi monasterio nostro et ipsius nomine traderemus, predicto monasterio una cum ipso cum prediolo, una scilicet schüpossa, dicta der O^ehaminun güt, sita in Meringen, quam predictus Albertus miles^b dictus Zutilman ministerialis noster sepredicto monasterio Vallis Sancte Crvcis per manus nostras canonice pro anime sue remedio et salute tradidit et donavit perpetuo possidendam, cum omnibus iuribus nobis et sepefatis militibus in eisdem prediis pertinentibus pro ann[u]o censu unius libre cere annis singulis in Purificatione beate Virginis persolvende nomine feodi tradimus et donamus perpetuo possidenda, ratum et gratum habentes quidquid in predictis per nos et sepredictos milites noscitur presentibus ordinatum.

^aDieses Wort ist über der Zeile hineingeschrieben.

^bIm Original verschrieben: *milites*.

II

Acta sunt hec apud Scophiloch¹, anno domini M^o. CC^o. LXVII., kalendis Aprilis. Ut autem hec maneant perpetua inconvulsa, presens instrumentum exinde conceptum sigillo nostro et sigillo capituli nostri pro testimonio fecimus roborari.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

abhängend die Siegel des Abts und Konvents von Reichenau: 1) Das spitzovale Siegel des Abts, c. 50, c. 32 mm: Der auf einem mit Hundsköpfen verzierten Stuhl sitzende Abt, in der Rechten den Stab, mit der Linken ein Buch vor die Brust haltend, von der Umschrift erhalten: . . . I . GR*ati*A. ABB*at*IS . AV*G*IE . MAIORI . . . ; 2) Das runde Siegel des Konvents, 63 mm (II. B.): Die thronende Maria mit dem Jesuskind auf dem linken Arm, in der Rechten einen Lilienstab, Umschrift: + *Sigillum* . CONVENTVS . MONASTERII . AV*G*IE . MAIORIS *.

¹Nach Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...] 37 (1884), S. 440, die abgegangene Burg Schopflen, auf der Reichenau.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 457 U 270

Regesten:

UB Heiligkreuztal, Bd. 1, S. 12, Nr. 50.

Literatur:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...] 37 (1884), S. 440

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Schopfloch

Ortsindex:

Andelfingen Wohnplatz (17334)
Andelfingen, Langenenslingen, BC
Heiligkreuztal Wohnplatz (17046)
Heiligkreuztal, Altheim, BC
Möhringen Wohnplatz (17710)
Möhringen, Unlingen, BC
Reichenau Wohnplatz (14588)
Reichenau, KN
Schopflen : Reichenau KN
Schopflen Wohnplatz (14593)